Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



38

Nam exaudi dñe iustitiam meam. hic persona xpi dicitur intelligi. Exaudi dñe iustitiam meam. Vox xpi in passione. Vox ecclesie in tribulatione, ut iustitiam., Dicit ecclesia sua & non sua. Quid sua simpliciter mandata eius in opere, non sua quia a dño data sunt non a se., Exaudi dñe iustitiam meam. Quia tibi usque ad mortem obedienti fui., Intende de precatione mea. deferentia est inter orationem & deprecationem., Oratio scilicet est pro deuotis. Ut seuere et in bonum. de precatio peccatorum suis uel aliorum totius est deprecatio., Auribus percipe orationem meam. hoc est in hoc quod rogo. Auribus percipe orationem meam., Oratio enim non deminuto detracta sed infirmitas cernis., Non in labiis dolosis sed puritatem quasi tibi est placita. Non in labiis dolosis. Deus iudicium meum procedat. Non in labiis dolosis. Ne sic dicat., Exaudi orationem meam. qui de toto corde orant non sicut illi qui in labiis dolosis. Qui aliud loquuntur & aliud habent sive heretici sive iudaei., Deus iudicium meum procedat. Non in labiis dolosis., Vox xpi ad patrem. Quia qui labia habent dolosa me iudicant. sed illos tu iudices in futuro prophetice nondum dando. sed pro nunciando dicit., Hoc ostendit qd faciurus est dns in iudicio., Oculi mei videant aequitatem. Oculi xpi sci pdicatores videant. id est intelligant aequitatem. Id est equalitatem ut iustis quia pdicant opere impleant., Probasti cor meum dñe & iustitiam in nocte. & iam in angustiis me probasti qui in tristis & uelut quadam pssurarum sunt nocte tenebrosa., Probasti cor meum dñe. Vox xpi ad patrem. probasti xpm in passione & ecclesia in tribulatione., Igne me examinasti. Id est ipsam tribulationem peccatum mea confudisti & non est inuenta in me iniquitas., Ut non loquatur os meum opera hominum., Qualia sunt opera hominum. id est deuanitate quam ipsi amant. Uel diuersa negotia ista sunt opera hominum., Sicut in euangelio dns dicit., Quod si de uerbo otioso reddetur ratio. quanto magis de opere hominum quod ex ipsis sensu loquuntur., Propter uerba labiorum tuorum. Ego custodiui uias duras., Propter predicationem & opera quae per mitruntur in ecclesia. Custodiui uias duras. Quomodo dicit hic duras dum in euangelio dicitur., Iugum meum suaue est. & onus meum leue., Suaue est uolentibus durum est nolentibus., Quamuis duras uideantur esse ad scos propter corporale fragilitate tamen suaue est. Qui habent spem uitae aeternae., Uel alter propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Ne sic dicat timens sit tua subplicia qui legis meae transgressoribus comminata est. Duris me laboribus exercui & sub iecit corpus meum potestati. Perficere gressus meos in semitis tuis, sensus meos in mandatis tuis perfice; Vox ecclesiae quia dño est incepere & a dño est finire., Gressus sensus tui mouean ab his quorum motus pedes., Id est quicumque malefecerit. Ego clamaui quoniam exaudisti me dñe., Quare dixit clamaui quia credidit pfidem., Propterea dixit. Ego clamaui in dina aure tua mihi & exaudi uerba mea; xps sure inclinat quando exaudire dignat. Psimilitudine infirmi rogat qui in lecto est. Inuenit medicis & sani & infirmitates suas., sic & gens humana infirmitatem erat quae iacebat in lecto. Id est in peccata. rogabat inuenire uerum medicis. qui est xps in carne & sanare & languores suos. Mirificauit misericordias tuas dño qui saluas facis sperantes te dñe. quia dextera eius fuit mirificata sed et mirificauit misericordias suas quando pscos aptos & scos suos infirmitates sunt. A resistentibus dextera eius saluas fac

a resistentibus